GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 140r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nomen primę anna diceretur. Nunc autem dicitur: nomen
unę anna. et nomen secundę fenenna. ut inde detur
intellegi. qd hoc loco uerbum hoc sedet. p significa
tione, pspectę non posteriori debeat accipi. Ppter mu
lieri huic p quam diuina natura exprimitur: uerbum
psperitatis apponit. nam qeqd humana in xpo natura
pateretur. diuina tamen in eo natura in summa, psperitatis
tranquillitate persistebat. nullam unq aduersitatis uel
perturbationis molestiam in se que sibi ipsi gaudium est
preter uel admittere ualebat. Sequitur. fueruntq; fenen
ne filii. annę autem non erant liberi. Qui erant hi fi
lii qui fuerunt fenennę. id est diuinę naturę xpi. nisi
spes angelica. quos in beatissima contemplatione multus
fuit a tempore creationis suę. patrii amoris fouebat
dulcedine. Annę autem non erant liberi. Notandum qd
ibi filii describuntur. hic autem habentur liberi. qui a li
beratore dicuntur. Diuinę naturę xpi fuerunt filii. quia
a filiali amore adherebant angeli. s; humanę naturę
liberi non erant. quia p mortem suam non diu homines
ad ueram libertatem perduxerat. Quamuis enim filius dei huma
nam naturam assumpserit. cuncti tamen diebus carnis suę ho
mines a captiuitate diaboli redire non poterant. quin
sub peccati iugo colla depressa haberent. et omnis tamen iusti
qui iusti ad infernum descenderant. donec cyrogra
phum decreti qd aduersum nos erat de medio tulit. et
cruci illud affixit. Ascendit; uir ille de ciuitate sua
statuis diebus. Vir ille est unigenitus dei. qui antequam
uir: id est homo nobis factus esset in tempore. uir fuit
in ciuitate in diuinitatis dispositione. quia omnia tem
pora precedit diuina eternitas. nec deo preteritum futurum ue